

SPINOZA Baruch

*Compendio di grammatica della lingua ebraica*, a cura e con introduzione di Pina Totaro, traduzione italiana e note di Massimo Gargiulo (= Lessico Intellettuale Europeo 118). Leo S. Olschki editore, Firenze 2013, 204 p., ISBN 978-88-222-6212-7.

Il *Compendium Grammatices Linguae Hebraeae* è senza dubbio l'opera meno conosciuta di Spinoza, o, meglio, la più trascurata dagli studiosi, dal momento che i suoi contenuti vengono generalmente considerati privi di rilievo filosofico.

«Nella Prefazione generale agli *Opera posthuma* compariva già una descrizione della struttura e della genesi del *Compendium*. L'autore del testo, Jarig Jelles, forse il più vicino al filosofo tra i componenti della sua cerchia, insisteva sulla specificità dell'approccio eminentemente teorico di Spinoza allo studio della grammatica, dal quale emergeva tutto il suo *genius* per la lingua ebraica, ben superiore a quello di altri autori.

*Cum vero omnia nostri Philosophi Opera Posthuma tibi... dare animus fuerit, Grammaticae Hebraeae Compendium minime erat omittendum. In hoc ipsam Grammaticam in duas videtur Auctor distribuisse partes, quarum prior agit de Etymologia, seu de Nominum, & Verborum flexione; hanc fere absolvit: posteriorem, quae de Syntaxi, seu de Nominum, & Verborum constructione tractaret, ne quidem inchoavit. In animo semper habuit Hebraeam Grammaticam, more Geometrico demonstratam, luci exponere, in cujus Praefatione primo veram hujus Linguae pronunciationem olim periisse monstrasset; deinde, Vocales a recensioribus Judaeis Bibliis appictas fuisse, inde quod Nominibus inveteratis vocales usitatiores adscribere, evicisset [...]. Ipsum Compendium quod attinet, recte animadvertit Auctor pag. 24 plures fuisse, qui Scripturae; at nullum, qui Linguae Hebraeae Grammaticam scripserit. Multa tibi... hic occurrent, quae apud alios haud facile reperias. Praecipuum, quodque Auctor accurate meditandum suadet, est: quod omnes voces Linguae Hebraeae, exceptis tantum Interjectionibus, & Conjunctionibus, & una, aut altera particula, vim, & proprietates Nominis habent; quod quia Grammatici non animadverterunt, crediderunt multa esse irregularia, quae ex usu Linguae maxime regularia sunt, & plura ad ejus linguae cognitionem, ejusque Eloquentiam necessaria ignoraverunt. Quae alii satis prolixè, & confuse de Accentibus scripserunt, Auctor, resectis superfluis, breviter complectitur, verumque eorum usum ostendit. Punctorum mutationes forte nemo solidius & accuratius unquam docuit, & eadem acribetia tam Nominum, quam Verborum flexiones, & significationes tractat. Si quis his jactis fundamentis Hebraeam Syntaxin superstruxerit, ne ille a PhiloHebraeis haud exiguam inibit gratiam, quo Linguae Sanctae genius, hactenus satis ignotus, melius innostescat» (pp. 2-3).*

Impresa certamente non facile questa edizione critica, meritava di essere tentata. Essa riporta in scena un'opera ancora di attualità per quanto riguarda alcune soluzioni pratiche e soprattutto perché si propone come stimolo per nuovi approcci non esclusivamente filologici.

Remo Bracchi